

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Passio ar
cum fonte primo

Magna misericordia ←
ut
Dominus mundi acciperet formam serui,
panis esuriret, fons sitiret,
lux obscuraretur,
uirtus infirmaretur,

uita moriretur,

redemptor uenderetur
ut homo uenditus redimeretur.

Cassiodorus super illud Psalmorum: →
Magna misericordia Domini.

Quanta enim sit, ut dixerunt sanctissimi patres, quis enarrare sufficiat, ut mundi Creatorem de caelo deposuerit et terreno corpore induerit Conditorum eumque qui aeternitate Patri manet aequalis, mortalitati coaequauerit, et pro nobis formam serui mundi Domino imposuerit, ut ipse panis esuriret, fons uitae sitiret,

uirtus infirmaretur

omnipotens

uita moreretur?

Quae denique maior misericordia, quam propter nos creari Creatorem, seruire Dominatorem,

uendi Redemptorem,

humiliari exaltatorem, occidi

uiuificatorem? Haec erat illa

magna misericordia domini, quam

sanctus uir explicare non poterat, sed

facile se per eam credebatur absolui, per

quam humanum genus iam tunc

cognoscebat posse liberari.

Aurelius Cassiodorus, *Expositio*

Psalmorum, 50, 3 (CCSL 97, M. Adriaen

ed., pp.454-5, ll.90-106).